

27.
JEHOVA ASSISTENTE
DISPUTATIONEM FEUDALEM
QUARTAM,

AD
Libri I. Titulum II.
DE

FEUDIS INPRO-
PRIIS,

CONSENSU JURIDICÆ FACULTATIS
In Illustri Academia Viadrina.

PRÆSIDE

DN. JOH. FRIDERICO RHETIO,

J. U. D. ET PANDECT. PROFESS:
ORDINARIO.

Domino Patrono ac Fautore suo ætatem
colendo.

In Auditorio Jctorum

Ad diem 15. Octobr.


Horis ab VIII. matutinis

Eruditorum Censuræ submittit

BENEDICTUS Reichardt Tieffenbach/
Berolinensis Marchicus.

Francofurti ad Oderam,

Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI,
M. DC. LXX.



REVERENDISSIMO AC PER ILLUSTRIS
DOMINO

DN. OTTONI

LIBERO BARONI

A

Schwerin /

AUGUSTI AC POTENTISSIMI
DOMINI ELECTORIS BRANDENBUR-
GICI SUPREMO COLLEGIORUM ET CONSILIORUM
PRÆSIDI, AC PRÆFACTO PRÆTORIO, ELECTORATUS
CAMERARIO HÆREDITARIO, CAPITANEO LEBUSIENSI,

Dynasta in Alten Landtsberg / Prediko / Krummensch /

Wegendorff / Hono / Segefelf / Oldewigshagen /

&c. &c. &c.

Domino suo Clementi
ac gratiosissimo.

Eudorum Materia, Do-
MINE CLEMENTISSIME AC
GRATIOSISSIME, non Eu-
ropæ modo egressa limites, sed

imme-

immemoriali seculorum ordi-
netransmissa ad posteros, & du-
ratúra, quoad benè meritis gra-
tia sua, benefactoribus securitas
constiterit; In Patria nostra ap-
pellat Dominum PRINCIPEM, TE
autem, PATRONUM, Serenissimi
Electoris ADJUTOREM summum:
suiq; tutelā porro commendat.

Ejus itaq; ductum naturalem,
secutus, quicquid de eâ publicè
à me in amicam sententiarum
collationem propositum est,
offerre ac dedicare omni jure
lebui.

Accedit Avi, Parentisq; mei,
eterna obligatio, qui cum, Re-
veren-

verendisimæ Excellentia Ve-
stræ, & sese, & suos in perpetuum
resignarent obsequiū, me simul
quoq; unà emancipatū dedere.

Ut nostra ne respicias, neque
respicere unquam merita pos-
sis, quæ omnem Nostram longe
excedunt potestatem: Oro tamē
pro me, ut in eorundem, Clie-
ntelam Vestram mihi receptum
detis, & animi Vestri Magnitudo
atque Eminentia succurrat, de-
missis atque obnoxiiis serviendi
Facultatibus nostris.

*Vestra Reverendissima ac Perillustris
Excellentia*

Devotissimus
clientulus

BENEDICTUS Netchardi Teffenbach.

§. 5. **N**otandum est autem, quod illud beneficium quod à Regis Capitaneis, atq; Regis vel Regni Vasalibus aliis impenditur, propriè jure feudi censetur. Illud verò quòd à minoribus in alios transfertur, non jure feudi judicatur: (Licet aliter in curia Mediolanensi observetur,) Sed quando voluerint, rectè auferre queunt: Nisi Romam cum illis in exercitum perrexerint: Quo casu jure feudi transit & adjudicatur: Vel nisi aliquid propter feudum acceperint: Tunc enim nisi restituito pretio auferre non possunt.

Paragraphi sensus hoc enunciatio effertur videtur: Proprietas feudi in eo consistit, ut Dominus vasallum sine culpa feudo privari nequeat, quoniam autem minores pro lubitu, exceptis saltem duobus casibus, nisi paria cum ipsis servitia præstent, h. e. Romam Regem euntem comitentur, vel pretio beneficium comparaverint, Vasallos suos feudo exuunt, tale improprii nomen meretur, juncto 1. F. 7. Quæ notanda occurrunt sequentia per compendium exhibent.

1. *Propriè jure Feudi censetur.] d. 1. F. 7. in pr.* dicitur hoc natura Feudi esse. Proprium itaq; feudum id nuncupatur quod secundum naturam feudi constitutum, 2. F. 2. §. pra-

terea. improprium verò cum per pacta concedentium & recipientium naturalibus feudi aliquid decesit. *Vultejus de Feud. l. 1. c. 8. n. 37. p. 340. §. 343.* Quando essentialibus Feudi pactis aliquid additur vel detrahitur à quibusdam ad improprium quoq; refertur; sed pace dissentientium, ex usu juris id vix verificabitur; nam improprium, uti supra assertum, æque feudum est ac proprium, licet non eodem modo, qui rem sive ejus essentiam nunquam variat: Cum essentialibus ejus quid decesit, non æque feudum est, licet eo jure censeatur; Exemplum in 2. F. 48. apparet, ubi per pactum proprietas quoq; in Vasallum transferebatur, & expresse asseritur quod jure saltem feudi

- hoc est, analogicè censeatur.
3. Commodioris autem intellectus gratia quæ naturalia quæ essentialia & accidèntalia feudi sint, annectendum. Aliter vero usu juris aliter enunciationis seu acceptionis latioris ergo supponuntur: Priori intuitu Naturalia feudi, qualitates juris autoritate inditæ sunt, & semper inesse præsumuntur, nisi contrarium pactum appareat, *arg. d. 11. F. 2. §. præterea. ubi Feudi communis ratio, Feudi consuetudo. arg. l. 11.*
4. *§. 1. ff. de act. empt.* aliquando quidem in Jure feudali quoque; natura Feudi pro ejus essentia poni videtur, uti in *d. 2. F. 48.* natura non potest non essentiam denotare, sicuti quoque quod in *l. 72. ff. de contrab. empt.* substantia dicitur in *l. 7. §. 5. ff. de pactis* dicitur natura; sed id diversa acceptio peperit, usus ex pluribus, sed unius generis suppositionibus spectatur: Qualiter præsertim ex *d. l. 11. §. 1. de A. E. l. 27. §. 2. in fin. ff. de pact. l. 5. §. 4. ff. de præscript. verb. 1. F. 7 pr. 11. F. 50. pr.* non obscurè colligere est.

Addatur *Franzkiius in commentar. ad tit. de contrab. empt. n. 319. & seqq.* Essentialia itaque feudi usu juris sunt, quæ tanquam partes essentialia ipsam substantiam constituunt, vel ex ipsa essentia fluunt, adeoque; indole sua, non ex adjectione uti naturalia, insunt: Hisce quando aliquid jure generali turpe vel illicitum adjicitur, pro non adjecto habetur, ac natura feudi manet, *arg. l. 27. §. 3. l. 29. §. 2. ff. pro socio.* Quando autem quædam quæ quidem non sunt contra jus commune, non tamen conveniunt ipsi essentia, committuntur: sunt vel contra vel præter essentiam: Priori modo aliud planè genus contractus inducitur. *arg. l. 80. §. ult. ff. de contrab. empt. l. 46. ff. locat.* cujus exemplum *Dn. Scrav. in S. F. c. 2. a. 6. n. 6.* in eo ponit: si alicui Dominium utile concederetur, fidei tamen obligatio (scil. ex feudali nexu debita, non sincera quam bonus cuique debet) remitteretur, ut sic non feudum sed alia Dominiis utilis species dicatur consti-

- constituta; de quo suo loco
 7. pluribus. Si verò præter es-
 sentiam aliquid conventum
 sit, eo non mutatur substantia
 feudi, alteratur saltem, non a-
 liud genus contractus indu-
 citur. *arg. l. 24. l. 26. §. 1. ff. de*
 8. *positi.* Non desunt quidem
 qui usu, juris naturalia alia ex-
 terna, qualia nos supra statue-
 bamus, alia interna quæ es-
 sentiã necessario consequun-
 tur, asserunt, uti *Gabr. Mu-*
dsus ad tit. de contrab. empt.
part. 5. rubr. de pact. inter empt.
& vendit. & alii. Sed quoni-
 am eo ipso *Natura* vocabulum
 essentialia aliquid denotat, u-
 sus juris autem eadem di-
 stingvit, sic dicta Naturalia
 ad essentialia verius, quam
 dicto modo naturalia refe-
 9. runtur. Eorum quæ ad na-
 turam Feudi pertinent *Vul-*
tejus d. l. 1. c. 8. pag. 341. & 342.
 Tredecim exempla recensuit.
 Et plura fortè ex similibus tex-
 tibus observari possunt. Hoc,
 10. quod in eo quem exponi-
 mus § naturale dicitur, Auto-
 ritate juris mutatum est. *l. F. 7.*
 ut amplius, cum nec subvasal-

lus sine culpa feudo privari
 possit, *arg. l. F. 21. princ. & 22.*
 à minoribus in modum sub-
 feudi concessum, æquè pro-
 prium sit, ac quod à majoribus
 vel immediatè concessum; Et
 sic fortè non incommodè as-
 seratur: sicuti feudum propri-
 um dicebatur ob qualitates
 juris autoritate essentiæ addi-
 tas, ita, si antiquitus impro-
 prio feudo eadem vi similes
 qualitates novo jure adjice-
 rentur, in idem nomen pro-
 prii abire, quod antiquiori ju-
 re obtinuerunt alia. Cæ-
 11. terum quemadmodum natu-
 ralia semper inesse præsume-
 bantur, nisi pacto aliud statu-
 tum, ita accidentalialia usu juris
 & merè talia non præsumun-
 tur, nisi adjecta appareant.
 Quorum exempla videbis ap-
 pud *Dn. Struv. d. c. 2. a. 9.*

*Illud verò quod à minoribus
 in alios transfertur.*] Non vide-
 tur ratio esse quod dicatur im-
 proprium quia minores con-
 tulerunt, sed quod regulariter
 ea qualitate conferrent ut
 possint pro lubitu revocare;
 nam si illa ratio feudum im-

proprium effecisset, nec eo modo fuisset proprium, si cum exercitu Romam ivissent Vassalli; quod tamen expressè in hoc asseritur Paragrapho. Ex-
 2. 2. Feud. 27. §. 3. Longobardorum & nostris moribus dare valeat Feudum, consuetam admodum inter Dd. ventilationem; Secundum *Gryphian-dri* effatum verò ridiculos *lib. 1. æcon. Legal. c. 32. n. 61. & seq.* verbis: *Ridiculi sunt FF. concipientes jura de facto vel rarissime vel nunquam contingente, & paulo post: quis enim rusticum Feudum dedisse vel fando audivit, ne dum in historiis legit?* Et porro: *Stultus labor ineptiarum est.* Fateor quidem, si simpliciter consideres, tantæ difficultatis non esse decisionem; Sed numne jura de casibus raro obvenientibus dis-sponantia otiosa sunt? De servitutibus realibus, Rebus quibusdam Jurisdictionalibus, pœnis ob crimina certa infligendis, sæpius intra centum

annos non occurrunt, ergone inania? Imo quæ occasione ejus oriuntur ventilanda non minus utilia quam scitu necessaria deprehenduntur, quorum quædam more suo solidè discusit, *Dn. Eyben. in El. Feud. c. 8. §. 9. & seqq.* Omnis
 3. disentiendi fomes ex non accurata satis conditionis rusticorum distinctione oriunda videtur: Septem quidem gradibus eos *Felix Malleolus in dialect. de nobil. c. 32.* distingvit, sequentibus nominibus: *Rustici, Rustoici, Rustinardi, Rustibaldi, Rustiboldi, Rustinci & Rusticelli;* Sed vocabula uti barbara & sub obscura, ita ex interpretatione quoq; hoc momentū non absolvunt. Com-
 4. modior forte distinctio erit: Quod vel consideretur respectu totius Imperii, vel usu juris in genere. Priori intuitu alii sunt immediati quos respexisse videtur *ars. 5. §. 2. Instrum. pacis,* verbis: *Et pagis immediatis, dte freye Reichs, Dorffschafften / & inde freye Reichs, Bayern / quales in Franconia & Principatu Elvan.*
 reperiri

reperiri acta publica testantur. Mediati qui in Statu-
um Imperii territoriis dupli-
ci jure reperiuntur, vel ut co-
mitiorum provincialium sint
participes, e. gr. in Frisia ori-
entali, (sicuti extra Germani-
cam quoq; simili jure fruun-
tur in Regno Succix) vel quod
infimæ sortis privatis suis la-
ribus saltem litare cogantur.
Ufu juris i. latissimè sumun-
tur, pro iis qui operas rusticas
exercent sive in urbe sive ru-
ri, quemadmodum servi-
tutes rusticæ non à loco, sed
usu in Jure Romano salutan-
tur, *l. 166. de V. S.* 2. Latius à
loco quales omnes isti dicun-
tur, qui ruri degunt cujuscun-
que conditionis sint, *Wurm-
serus tit. 27. p. 2. O. 2. num. 5.*
3. Latè pro omnibus iis qui
neq; Nobilis vel civici ordinis
sunt, quæ acceptio Recessibus
Imperii & Provincialibus fa-
miliaris. 4. Strictè pro alie-
norum prædiorum Colonis,
quorum proprietariis homi-
nii & operarum vinculo re-
nentur non uni formi, de quo
fuse *Magnific. Png. Mevius*

*in solido suo tractatu von Zus-
stand und Abforderung der Bau-
erleute.* De iis qui quarta & 5.
ultima acceptione ponuntur,
nec ipse asseruerim quod feuda
dare possint, in illis, quo-
rum liberam administratio-
nem non habent. Intuitu
verò priorum omnium acce-
ptionum, Longobardorum &
nostris moribus, feuda conce-
dere potuisse, nullus dubito.
1. Ob textum generalem 2. *F.*
3. pr. 2. Hunc qui præ manib9
est paragraphum. 3. *l. F. 7.* ubi
minores quoq; quorum no-
mine hi etiam venire possunt,
Feuda concedere valere di-
cuntur. Quibus communis 6.
suffragatur sententia. E dissen-
tientibus sunt: *Paulus à MONTE
Pico b. t. pr. num. 34. Martinus
BONNACCINA Theol. Mor. tom. 2.
disp. 3. qv. 8. p. 3. n. 1. & Gryphi-
auder d. l.* Rationibus potissi-
mum iis nituntur: 1. Quòd
natura feudi hoc sit ut Vasal-
lus Domino servitia militaria
præster; Quale à rustico pos-
sit esse jus belli? 2. Ex conces-
sione feudi oriri Jctionem,
ut Vasallus in causa feudali
possit

possit conveniri coram Domino, *arg. 2. F. 55.* quæ in Rusticum cadere non possit; quia inferiorem, dum ipse infimæ fortis, facile habere nequeat, & sic contra naturam exerceat vel in majorem vel in parem. 3. Vassalli in Jure Feudali sint milites, rustici autem militare prohibeantur in jure Romano, quod respicit feudale, *l. 3. C. qui militare. tot. tit. C. Ne Rusticani.* E. per consequens uti ipse feudi incapax, ita quoque alii idem conferre nequeat. Verum ad primum, nemo negabit temerè servitia feudalia primo unicè fuisse militaria, non solum pro moribus veterum Germanorum, quibus feuda oriunda, & arma, *Tacito teste de M. G. c. 14.* pro *toga* pro *arriba* pro *voce* & *calamo* erant; sed quoque usu textuum horum librorum feudalium, *2 F. 52. 53. 54. 55.* At cum diversis temporibus alia etiam servitiorum feudaliū jura invaderent, ut feudum daretur, ubi vel nulla, vel ralia, quæ foeminae etiam decenter præstant. *2. P. 104.* Imò

sæpius par caponum, Gallinarum, anserum, in eorum locū dantur, uti inter Hollandos, Geldros, ac ipsa nostra Germania receptum, cur non hoc sine rusticus, dicto modo suppositus, feudum concedere valeret? Ad 2. rusticum jurisdictionis non esse capacem, fallit hoc intuitu: Nam posito feudo, quod modo eidem asseruimus, ponitur quoque feudalis Jctio, quæ hic non privatorum pactis, hoc respectu inanibus, sed ipso jure ex contractu feudali Dominium sequitur, *Dn. Struv. S. c. 5. a. 3. n. 4.* Et licet aliàs vassallus longe dignioris vel etiam paris conditionis sit Domino suo, ob nexum tamen feudalem, quem contrahit, eo respectu fit inferior; Ut sic Jctio hæc non in superiorem vel parem, sed hoc sensu inferiorem dirigatur. Sicuti nec hodie in Germania insuetum, dignitate ac potentia majoribus feuda ab inferioribus concedi. *Joban. Berchelman. in disfert. argent. bab. de Fide Vassall. tb. 3. §. 4. & tbes. 4. §. 5. Kyllinger. de Ganerb.*

Ganerb. Castr. c. 16. n. 13. Knicben de Saxon. non prevoc. J. verb. Ducum. c. 6. Arnif. lib. 1. de J. Maj. c. 5. n. 2. & seqq. & notabile exemplum Dn. Eyben. supra d. l. §. 13. adducit: Aus der Gräffichen Stolbergischen deduction wegen Königstein / &c. in Beylagen / n. 33. & 34. ubi Dominus vasallum vocat Seinen gnädigen Herrn. Sed nunne, quod hinc in mentem venit, Status Imperii alterius Status in tali territorio, ubi Vasallis esse non licet nisi subditis, Imperii German. usu poterit esse Vasallus? De immediatis Imperii civibus non Statibus, quod simul mediatè subjecti esse possint. Instrum. pac. Osnabr. art. 6. §. 27. n. 10. testatur, verbis: Nisi forse in quibusdam locis ratione bonorum & respectu territorii alis Statibus reperiantur subjecti: Et addi potest Reinking. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 36. & c. 10. n. 31. & seqq. Mager. de Advocat. armat. cap. 6. num. 676. & seqq.

10. De Statibus Imperii id diu jam controversum fuit, de quo potissimum in causa Ortenbur-

gensi videri potest *Besoldus in Tb. 8. lit. H. n. 70. Affirmativā 11. tenet Gail. de Arrestis c. 6. n. 10. & seqq. Schindler, in disput. de Characterè Stat. Imper. a. 12. Dn. Richter in tract. de Signif. Adverb. lit. 1. n. 8. Generosissimè Dn. à Seckendorff Tract. Teuto scher Fürsten Staat p. 1. c. 4. §. 2. verbis: Die Gräffen und Herren. Negativam amplectuntur Zacharias Victor de causis exempt. Imperii concl. 29. & 30. Reinking. d. l. de Regim. Secular. clasf. 4. c. 1. n. 49. & seq. aliq; ibidem laudati. Partium argumenta hic recensere non vacat; satis suis locis modo allegatis apparent. Nec cum inter jura Imperii publica nondum plenè decisa controversia certo Recessu appareat, tantum mihi non sumo arduam litem temerè definire; Qua tamen doctrinalis interpretatio finit, non dissimulabo: vis controversiæ omnis in eo hic est, An personæ Illustres Status Imperii, talia feuda quæ subjectio comitatur, habere & eo ipso territoriorū Dominos superiores sive thre Erbe*

12.

Erb, oder Landesherren recognoscere teneantur. Fatendum inter subditum & Vasallum, non tam propter rigorem quem subditi juramento præ Vasallagio inesse volunt, quam ipsam indolem diversam, multum interesse; quod sc. Vasallus saltem feudi ratione fidem præstet, ac, si ita dicere fas est, in concreto saltem teneatur, subditus verò etiam ratione personæ suæ, & sic velati in abstracto obligatus sit. *arg. 11. F. 5. verbis: Sed quia sub Jctione ejus sit. Dng. Struv. Syn. a. 6. n. 9. Matth. Stephan. lib. 2. de Jctione p. 1. c. 7. n. 183. Zachar. Pietor. d. l. e. 22. § c. 36.* Sed quoniam 1. Jura principibus & Statibus Imperii etiam in territoriis aliorum principum bona possidere indulgent, per vulgata, & teste experientia. 2. Jura superioritatis territorialis, nisi exemptio doceri possit, homagii præstatio & subjectio sequuntur, *Dn. Mylerus de Statibus Imperii c. 38. n. 1. Ritter. de Homag. c. 3. n. 48 § c. 4. n. 61.* 3. Illustri dignitati ratione bo-

norum Jctioni territoriali subjectum esse non nocet, *Recess. Imper. de Anno 1548. §. 66.* Aber die jenigen so im Reich begüthert oder andern Fürsten subditi immediatè nicht wären/ &c. *Art. 44. cap. Imperat. Leopold. verbis: sollen auch dem juri territoriali nicht nachstehetig seyn/ und die thme zugehörte ge und in solchen Landen gelegene Güter einen weg wie den andern/ unter vortiger Landesfürstlicher Jurisdiction verbleiben/ &c.* 4. Juris communis est neminem possessionis causam sibi mutare posse, sed personam auctoris repræsentare. *L. 5. C. de acquir. possess. l. 13. §. 1. ff. eod. §. Quicquid non impedit principalem dignitatem in Imperio illud regulariter non imminuit Status dignitatem, quia dignitate inferiores Jure Statuum fruuntur, & ipsi inter se dignitatum prærogativam servant, Eitel Friedrich von Heerden p. 2. c. 6. p. 163. verbis: Salva ordin. & dignitatis prærogativa.* Nihil prohibebit quo minus Status aliquis Imperii alterius Status ratio-

ne bonorum dicatur subditus & ubi jura subjectionis Feuda comitatur uti in Bavaria, Marchia, Brandenburgensi, Pomerania, & si rectè memini Hasfia, & quibusdam tractibus Ducū Saxonix, palatinatu inferiori, & plerisq; Germanix ditionibus. *Gasl. d. l. de Arrestis c. 6. n. 10. Knipschild. de Jure Civ. Imper. c. 12. n. 110.* Et quamvis 1. Juri publico non satis confveta phrasis sit: Status Imperii alterius subditus, non tamen minus paradoxo habet, quam alterius Status Vasallus, vel imperii Princeps non Status, Comitatus subditus; quoniam si vim juramenti Feudalis *ex 2. F. 7.* spectes, sane non laxiori vinculo hic tenetur, quam ille: nisi quod majori pœna privatione feudi affici nequeat. *Rosenthal. de Feud. c. 14. §. concl. 78. n. 5.* Verum revera nomen subditi re ipsa, hoc intuitu, detestabilius videtur. Et ut verba in pauca conferam: Status quidem alterius Status Jctioni territorialis subiectus esse potest; id tamè peculiare est, ut ratione isto-

rum bonorum saltem exaudiatur: nullo modo autem ad ipsam illustrem dignitatem, pertineat. Adeò ut nemo Statuum talem invitatus recipere teneatur vasallum qui quoq; imperii Status sit, vel illustri dignitate parem, cum nec communi juri invito Domino obrudi possit Vasallus, postquam tamen semel receptus, hoc tacitè jure publico & consuetudine à juribus superioritatis territorialis exceptū videatur, ne teneatur in propria persona vel comparere, vel præstare aliquid, sed semper per Mandatarios & Procuratores; Non secus ac quando inferior superiori vel pari concedit feudum, moribus non in propria persona investiturā recipere, vel juramentum præstare solet: Imò plerumq; servitiis feudilibus, per substitutos defungitur, de quo alibi. Non immerito itaq; eo 15. intuitu illustres personæ ratione bonorū quæ in territoriis aliorum possident, ab istis titulis *ihret Erb. und Obere Herren* vel *Untertanen und Landsassen*

fassen abhorrent, licet aliàs teste praxi in ejusmodi locis omnium cum subditis tam ratione commodorum quam incommodorum se participes gerant. *Dn. à Seckendorff d. l. p. 1. c. 4. num 2. pag. 50.* Ac idem *ex d. art. 44. cap. Leopold.* non obscure fortè colligitur; dum verba ista *die Standes Erhöhung dem Jari territoriali nicht schädlich seyn* / per sequentia exponuntur: *Und die ihm zugehörigen Güter* / innuendo personam quidem illustris alicujus Jctiōni alterius esse exceptam, præsertim si Status imperii simul sit, nam eminentia privilegia ista Jurisdictionem territorialem alterius minus ferunt, quam à solo Cæsare & Rege Germ. declarationem in Bannum, vigore *art. 28. d. Capitul. Leopold.*; Ratione tamen territorii omnia debere, quæ jurisdictione territorialis sibi postulare solet, nisi quod personalia per alios, uti dictum, *ihre Verampten oder Verweser* / non in persona, præstare consueverint. Si hoc intuitu Dd. di-

stinctionē inter homagium & subjectionem realem ac personalem considerares, rigoroſe adeò fortè non exciperetur ac à *Dn. Richterō supra d. l. n. 8.* Non quasi daretur ali-quod homagium & inde dependens subjectio realis, cum cuncta hæc ipsi obligationi jus ad rem respicienti debeantur; sed quod realitas sit causa impulsiva hujus obligationis & juris ad rem: cum aliàs persona illustris præsertim Status imperii quoad eum effectum, ut per substitutos eidem satisfaciat, excepta sit. Reliquum ipsa obligatio & nexus vires suas retinet inviolatas, sed de hoc incidenter abundè.

Ad 3. circa controversiam 17. de rustico, Romano more is per textus allegatos miles esse vix poterat, imò ab opere rustico avocari prohibebatur, sed hoc istius Reipublicæ facies postulabat, ubi nemini jus conscribendi milites præter imperatorem competebat; & isti qui hodiè alios conscribere valent Imperatorem suum in aciem sequebantur, ac diversa

versa à nostra, bella gerendi
 aciemq; instruendi ratio erat.
 Postquam autem Statibus sin-
 gulis id indultum, modo non
 contra Imperatorem & impe-
 rium, *arg. art. 8. §. 1. instrum.*
P. O. Juris territorialis quoq;
 species est, vel tamen conse-
 quens, subditos quoscunq; &
 præcipuè rusticos in militiam
 cogi, uti præ cæteris laudatus
Dn. à Seckendorff demonstrat
im Teutschen Fürsten / Staat
p. 2. c. 10. n. 8. & seqq. verbis:
 Auff dero erfodderm die Unter-
 thanen schuldig seyn mit threm
 Leibe und Persohn in der Dii-
 stung wie es gebräuchlich und
 die Nothdurfft erfordert / zu er-
 scheinen und Gegenwehr oder
 Angriff zu thun. Tacebo præ-
 sentem exercitum instruendi
 rationem nullum magis ho-
 minum genus quam robustū
 ex agris desiderare, teste jam
 eo ævo *Fl. Vegetio de R. M. c. 3.*
T. MERCKELBACH quidem sta-
 tuit *cons. Klockii V. 1. conclus. 20.*
n. 84. & 87. Principes subditos
 in bellum cogere non posse,
 idcirco tributa accipientes, ut
 milites conscribant & eos de-

fendant. Sed fortè eo neces-
 sitatis casum nō excipit, de quo
 hic. Rationes verò ex jure
 Romano depromptæ, mutato
 Reipubl. Statu, hoc intuitu nō
 stringunt; & ex illo ejusmo-
 di casus solum metientes, la-
 buntur, uti graviter conque-
 ritur *Dn. Mevius in d. tr. von*
Zustand und Abfodderung der
Bauerleute / d. qv. 1. n. 2. verb:
 Wie aber der mehrer theil derer
 so den Titul eines Reichs ges-
 lahren führen der Unart ist / daß
 wenn sie von den Dingen und
 Gewonheiten so in Deutschland
 sich heutiges Tages begeben /
 urtheilen sollen / auff das Röm:
 Recht allein sehen / dabey aber
 vergessen / daß die Zeiten und mit-
 denselben alle Dinge veränder-
 lich seyn / darüber zum offtern
 weit fehlen und sich stossen. Et
 porro quod dissentientes ur-
 gent, quasi rustici recipiendi
 feudi incapaces sint moribus
 Italiae, & Longobard. posteriori
 ævo, ac nostro fallit. Quot
 enim solis rusticis consueta
 feudi conferri solent Schul-
 lenlehne, Bauern oder Schupf-
 Lehne & de quibus *Wehner. p. 2.*

verb: *Schupfſchm/ Befoldus in*
th. p. lit. S. n. 54.

Et adjudicatur.] Non quasi nova opus fuerit investitura sed ipso jure transierit, quoniam tacite feudi proprietas, posita dicta conditione, hæc comitabatur.

18. *Vel cum aliquid propter feudum acceperunt.*] Improprum feudum esse quod emitur multi interpretum statuunt: uti cum Clar. Mozzio, Gail. Schrader. Goëdd. ibi allegat. locis & aliis *Dn. Schnobel. d. sp. 2 F. 19. th. 26. in fin. pr.* Verum licet forte prima feuda nullo interventu pecuniæ, sed ex benevolō affectu fuerint data; exinde tamen ægrè probare est, semper naturam feudi usu Longobardorum & LL. Feudalibus hanc fuisse, ut nulla pecunia interveniente constituerentur. Nam 1. sicuti prima feuda manu saltem Regia, deinde à Capitaneis concessa inveniuntur proprie, minores plerumq; impropria concesserunt, id tamè jura immutaverunt postea, ut æque proprium sit, quod minores, mo-

do secundum naturam feudi concesserint; ita quoq; licet initio ex solo benevolō affectu & gratia provenerint, non longe post effectum, ut æquè pretio comparari possint, modo investitura accedat, & sint propria, quam quæ ex gratia concessa, testibus *arg. 2. F. 12. 1. F. 4. §. 2. 2. F. 22. §. si quis.* 2. Licet dicatur beneficium, non tamen omne, etiam de Rom. Jure est gratuitum. *l. 3. circa fin. ff. de obsequio par. prest.* 3. Si presè loqui velis nec ab initio omne fuit gratuitum, quia remuneratorium fuit pro servitiis militaribus, vel egregiè præstita opera aliqua. 4. Pro hac sententia etiam verba hujus Paragraphi quodammodo militarent: dum dicitur Feudum improprium fuisse quod sine culpa revocari potuit, veluti si minores feudum concessissent, & ubi precio fuit datum non potuerunt pro lubitu vel gratis revocare. 5. Nullus textus in libris FF. occurrit, ex quo liquido colligere posses feudum emptum esse, contra naturam, & sic proprietatem

- tatem Feudi. Ut ita non obster
d. textus 2. F. 23. Dum forma
 le saltem feudi, hoc est inve-
 stura vel fides feudalis debeat
 4. esse gratuitum quid; Nam duo
 respectu comparationis hujus
 feudi intervenire videntur;
 commune, nempe modus ac-
 quirendi rei quæ in feudum
 recipitur, cur autem eo mo-
 do non possit pretium inter-
 venire, nihil prohibet, imo
 quod ita comparata sint textu
 2. *F. 12.* & similes probant. Ac
 proprium, scilicet per quod feu-
 dale esse inducitur, & illud om-
 nino debet esse gratuitum
 nec pretio comparatum, cui
 omnes feloniam committenda
 5. species innituntur. Dixeris
 laudemium hodie pro inve-
 stitura dari, feudaliū libris
 ignotum, responsum habeto,
 non pretii id, sed honorarii vim
 habere.
6. Nec magis ex *1. F. 27. in fin.*
pr. licet speciem habeat, ur-
 get; cum non ibi negetur
 feudum vel rem feudalem
 pretio interveniente compa-
 rari posse; contradiceret enim
 aliàs numero multis Juris feu-

dalibus textibus, veluti *1. Feud. 7.*
1. F. 10. 1. F. 20. 2. F. 12. Galis, sed
 quod Vassallus amore & hono-
 re potius Dominum ad bene-
 ficium invitare, quam captio-
 se sub pretextu pecuniæ con-
 stringere deberet. In Civili
 Romano Jure enim sub Lege
 commissoria contractus hic
 captiosus expressè vocatur.
l. 3. C. pactis pignor. Non fugit
 7. quidem *Glossam* & illam se-
 quentes *Dd.* textus pretio com-
 parari feuda ad Dominum
 non pertinere, statuere; Et
 ipse fateor ingenuè vix tex-
 tum rotundum in Codice Ju-
 ris Feud. occurrere ex quo
 feudum proprium à Domino
 pretio interveniente esse com-
 paratum pateret; textus enim
ex 1. F. 24. vocabulo REDEME-
 RIT alium sensum huc non per-
 tinentem ferre potest, cum
 redimere vocabulum non sem-
 per pecuniæ adminiculum de-
 sideret, uti loco suo pluribus.
 Verum nec firma consequen-
 tia est, verbis legis id non con-
 tinetur, E. istius legis non est; 8.
 cum non minus legis sit quod
 mente, quam verbis ejus con-
 tinetur

tinetur. *l. 17. ff. de LL. l. 6. §. 1. ff. de V. S.* Cur enim Domino non liceret rem vendere, & deinde emptorem Vasallum clientem sibi per investituram constituere, vel feudum sibi apertum certo pretio, si rem spectes, vendere ac deinde emptorem recipere Vasallum. *Dn. Ludwell. cap. 1. pag. m. 15. tract. de divis. Feud.* Nisi pacto constrictus, ut intra certū tempus rem in feudari solitā sibi apertā aliis in feudum dare teneatur; uti in Clivensi Ducatu feuda principem Dominum ac primum acquirentem Nobilem indigenam habentia aperta, post annum & diem proximis agnatis, conjuncta manu etiam non gaudentibus, renovanda, licet extranei Nobiles & qui civici Ordinis eo privilegio non gaudeant. *Friederic. à Sande d. l. 17. tit. 3. c. 1. §. 8.* Beneficium quippe magis in nexu Feudali vel formali respectu Domini esse videtur, quod Dominus defendere ac fideliter Vasallo cupere teneatur, *arg. 2. Feud. 6. circa fin.* quam in re ipsa, propter

quam nexus feudalis est, valeat esse. Nec obstat *2. F. 23. circa 10. ca. fin.* verbis: *Beneficium est.* Nam beneficium vocabulum ibi pro re in feudum data, docente ipso contextu, supponitur; & vel indeliquet, non id saltem beneficium esse quale ibidem describitur, cum alias *beneficii species* esse non diceretur, verbis: *Cujus generis species est, &c.* Non secus ac ipsū feudi vocabulum diversimode supponitur. *HOTTMANNUS II. ad d. textum 1. F. 27.* verbis: *sub pretextu.* Feudistiei vitii paragraphum arguit, & argumentum à venditione ad justitiam sub Lege Commisoria in pignore ducere videtur; quasi feudum æquè lege Commisoria committi, quam vendi possit. Sed meo judicio hoc modo pro justitia Legis commisorie in pignore non pugnavit; non potuit quippe ignorare vir alias acutus, quid inter utrumque intersit; hoc igitur voluisse apparet: Sicuti feudum vendi potest & pretio comparari, ita quoque Lex commisoria pacto pignoris addita

ut res quæ pignori tibi fuit, si post certum tempus non redimatur pro feudo sit, *arg. l. F. 4. §. 4. verbis: postquam à Domino pignore accepit, &c. l. F. 28.* Subintelligendo ut super ea investituram recipere tenearis. *l. F. 25. in pr.* Licet

13. hoc expressè actum ut pro feudo sit: Quotiescunq̃ etenim contractui aliquid adjicitur quod natura ejus jam habet, adjectum pro superfluo est. *l. 9. §. 1. ff. de distr. pign. arg. l. 3. c. de Fidej. Socinus in Reg. lit. V. reg. 7. fallent. 6.*

14. Menoch. *consil. 308.* Attamen hoc respectu Hottomannus immerito paragraphum vitii reum fecit cum eo quo supposuit modo legem commissoriam non improbet, sed eo intuitu ubi in pignore quid captiosi habet, per verba: *sub praetextu, arg. d. l. 3. C. de patris pign. Jernia ad c. natura l. F. 7. n. 2. Jac. de Ardizo c. 20. Schenck. ad d. tit. 1. Feud. 27. num. 3.* talem enim acceptio- nem nec Jus Romanum commune improbat. *L. 16. §. ult. ff. de pignor. l. 34. ff. de pignor.*

act. Non quasi pro pecunia credita, sed justo pretio ex arbitrio committatur, *Carpzov. lit. 5. Respons. 12. per tot.* At de hoc incidenter, plura ad textum ipsum. Ut itaq; redeam, feudum emptum nullo modo proprium dicitur, quasi emptio de feudi natura sit, sed quod emptio feudi naturam non immutat. *Bocer. de qualitate F. c. 5. n. 62. Ludwell. de divis. c. 1. n. 16.*

Tunc nisi restituto pretio auferre non possunt. Decisionis ratio in eo esse videtur, quoniam neq; compararunt rem comparari prohibitam scientes, neque contractum talem inierunt qui natura sua certo temporis in spatio expiraret, quo casu demum emptor nec ad pretium agere valeret *l. 27. C. de evictionib. arg. 7. C. de Agricol. & cons. tit. seq. hoc lib. 1.* verbis: *etiam pretio pro eo dato non restituto.* Sed talem, qualem longiori temporis spatio, si Dominus voluisset, retinere potuisset. Notant ex eo Dd.: Restitutioni subjecta alienata, ubi conditio de-
ficere

ficere valuit, emptorem agere posse ad pretium; uti in casu *l. fin. §. ult. C. communis de Legat.* ac hoc respectu idem ad omnes res restitutioni subiectas extendunt. *Tiraqvell. de*

Refract. consangu. §. 12. Gloss. 1. n. 13. Dn. D. Brunnemann. ad d. l. fin. §. ult. circa fin. Franz. kius in Comment. ad ff. Tit. de Act. empt. n. 316.

Titulus II.

De Feudo Guardia & Gastaldia.

TEXTUS.

Item illud quod datur nomine *Gastaldie*, vel *Guardia*, & pro mercede alicujus rei, transacto anno potest auferri, etiam pretio pro eo dato non restituito, nisi ad certum tempus datum fuerit.

1. **I**tem illud quod datur nomine *Gastaldia*.] Principii hujus sensus interpretationis non eget, ex conspectu intelligibilis. Notanda tamen non pauca ad idem occurrunt. Dicitur verò hic *Guardia* nomine *Feudum*, quod pro *Guardia*, veteribus *custodia*, datur. *Guardare* enim *Italis* adhuc *custodire* vel *observare* est. Et inter ordinis *Franciscanos* *Guardianus* is nuncupatur, qui inter *Dominicanos* *pater Prior*. Ipsum vero *feudum* pro *Guardia* est quod pro *custodia* *castri* vel *oppidi* alicui

concessum. *Petr. Ravennat. in expos. ad hoc pr.* Quod omnino verba nomine *Guastaldia* vel *Castaldia* alicui pro administratione vel sollicitudine concessum, inferunt. Nec adeò interest an vocabulum à *Gvass* & *halten* quasi *hospitio* adorando vel à *casa* sit quod *domunculam* indigitat. De quo ex pluribus *Dn. Ludwell. cap. ult. p. 117. de Divis. feudi. Dn. Bayer ad Schnobel. disp. 2. tb. 28. verb. Castaldia.* Solis verò verb: *Guardia* vel *Gastaldia* feudum non effertur, cum eo tempore ipsum officium nondum feudale,

2.

feudale, sed ministeriale, salarium verò pro officio in modum feudi concessum fuerit. Quamvis etiam alibi Feuda Guardiae vel Castaldiae dicantur, uti in *1. Feud. 11. circa fin.* Nam aliud Guastaldia & Guardia, non modo rei dominicae administrationem, verum etiam rei militaris partem aliquam respiciens, quod tunc solum ministeriale non feudale *arg. 2. F. 5.* verbis: *Si verò domesticus seu familiaris ejus.* *HOTTMANNUS in Commentar. b. l.* verb: *Gastaldia.* Aliud feudum Guardiae s. salarium quod pro eo munere concessum. Paulo verò post multa officia in feudum transferunt, & non amplius sub juramento familiaritatis *Dienstpflicht*, sed vassallagii concessa. Uti in specie Archiofficia Imperii maxime post Carolum IV. Imperatorem in feudum data, de quibus jam supra. Ac vigore Constitutionis *Caroli Crassi*, (quam *Limnaus ad A. B. c. 27. §. 6. obs. 29. n. 1. A. C. 890.* Wormatiae confectam asserit; Aliis aliter, uti *Goldasto in Con-*

stitut. Imper. p. 29. §. 6. visum fuit), Principatibus plerisque quatuor officiales, speciales assignati, ut principum quisque; *Mareschallum, Dapiferum, Pincernam & Camerarium* habeat. *Frider. à Sande supra d. l. sr. 2. d. 1. c. 2. n. 5.* Adeò ut comitatibus quibusdam in Ducatum vel Principatum erectis Imperatores quatuor ejusmodi officarios è Nobilibus, quibus ipsi Principes, deinde eadem feudi jure conferunt, adjunxerint. Etiam si cum *Frebero ad d. constitut. 5. pag. 24.* haud putaverim, sine quatuor istis officariis nullum justum in Imperio German. dari principatum. Usus quippe docet nec statim à Caroli ævo ritum illum, semper fuisse observatum; nec hodie ubique officia ista esse feudalia, sed quoque ministerialia reperiri, *ex Thumm. Dn. Eyben. in Elect. Feud. c. 9. §. 10. p. 197.* Imò in multis principatibus vel diminutus horum Officiorum numerus est, in quibusdam verò excrevit; & accesserunt *Erbs. Küchenmeister*, vel *Jägermeister*

meister aliiq;. In Imperio ve-
rò hodie plura alia officia d.
m. Feudalia sunt; initio licet
personalia, nunc tamen quo-
que hereditaria, *Reichs, Jä-
germeister / Reichs, ErbSchul-
tisen / Reichs, Quarttermesser /
Reichs, Dectmeister / i.e. Archi-
tecti maritimi, Reichs Erb-
Kammer, Thorhüter / Erb, und
Erb, Schatzmeister / Reichs und
Erb, Postmeister / arg. cap. Leo-
pold. art. 35. Reichs, Bögte.*

Limn. ad A. B. c. 27. §. 6. obs. 28.
Quæ verò Familiæ nobiles ho-
die officia ista in Elect. Ducat.
& Principatibus Imperii obti-
neant, hic recensere non va-
cat, ex parte easdem videbis
apud *Limn. d. l. obs. 29. num. 2.*

8. Cæterū similia hisce Guar-
diæ & Gastaldiæ, Feuda Advoca-
tiæ sunt, *Bogt, Lehne /* quæ
Principibus ac Nobilibus qui-
busdam conceduntur, ut cer-
tæ universitatis vel monaste-
rii, vel etiam sodalitatum o-
pificum curam habeant, & eas
defendant. Aliàs si inve-
stitura non interceserit, me-
rito feudi nomine non cen-
setur. Qua ratione *Dominum*

Ludwell. in Synops. feud. c. 2. p.
37. cap. 10. quod jus protectio-
nis vel Advocatiæ à feudo dif-
ferat, intelligo. Quemadmo-
dum enim, uti paulo ante as-
sertum, primitus Gastaldia nō
jure feudi erat, sed saltem sa-
larium inde debitum, & po-
stea demum in id abibat; ita
quoque cum Advocatia com-
paratum erat, ut primo ipsum
officium liberioris juris esset,
postea Feudali nexu indutum
2. F. 27. verbis: *tam Advocatia*

quam beneficio exutus. In ex-
emplum pauca: *Palatinus Rhe-
ni Fabrorum Cuprariorum-
des Kestler Handwercks /* Ad-
vocatiam s. protectionem ab
Imperio in feudum tenet, à
quo in subfeudum magnam
partem eandem (nam in aliis
sibi solis retinuerunt) Zobe-
liorum familia recipit; cum
hoc privilegio: ut Fabri isti su-
pellectilem cupream ad toti-
us domesticæ rei usum suffi-
cientem iis subministrare te-
neantur, *Besold. in Thef. Pract.
lit. K. num. 17.* ac nemo eo-
rum ad Tractum Rheni, Alfa-
tiæ & Franconiæ artem suam
exerce-

exercere possit, nisi à juratis & qui ad hoc constituti, nummo uno & altero soluto, in album hujus officii sint relati. *Sprenger. in lucerna p. m. 104. & seqq.* ubi plura in hanc rem, & quod Serenisf. Elect. Saxon. summus iudex & Protector tibi, cium buccinatorum der *Trompeter*, addit. Eodem modo sigulorum sive der *Hafner*/Protectionem Nobil. Familia ab *Offenburg*/feudi jure tenent, primo ab Imperatore Sigismundo acquisitam, cujus diploma *Besoldus d. l. fam. 450.*

10. exhibet. Sed si extra territoriorum istorum confinia, quibus Principes & Comites Palatini ac eorum subfeudatarii hoc jure fruuntur, aliqui horum tribuum consortes sunt, ac conventus in Palatinatu eo nomine indictos visitare tenentur, Territorii verò Princeps velit ut alios ibi istius sodalitiij participes faciant, qui in palatinatu consortes non essent, numme tenebuntur?

11. Quoniam privilegium istud ad certa saltem territoria restrictum, ultra quæ prohibendi

jure Palatini Comites non gaudent, jus superioritatis territorialis verò tales ac similes constitutiones omnino sequitur; hi vel cum aliis etiam in Palatinatu non receptis sodalitiium inibunt, vel civium consortio excludi possunt. Quod in simili aliquando nos consultos respondisse, meminimus. Reliquum ne protectione oneri saltem sit, Advocatis istis sive Feudalibus scilicet entelaribus annuum aliquod honorarium, pendi solet, Germanico idiomate *Vogt-Recht* appellatum, ac non raro in tertia parte mulctarum der *freveln* / *Brüche* / Jure hospitalitatis, *Gast-Recht* / *etnkehr* / *Jagen und Jäger* / *as Hundlegen* / *Haupt-Recht* / *Hunde-Recht* / consistere solet. *Klock. de arario lib. 2. c. 92. n. 7.*

Et pro mercede alicujus rei.] 1.
 Generali itaq; enunciatione effertur: quod loco salarii pro labore vel opera simili, feudi tamen jure, confertur, id anno expirat *Præpositus b. l. fol. m. 71. n. 30.* Sub dubium autem videtur quod Hottomannus ad

hæc verba observat, quasi hic intellexissent veteres quicquid alienū quocunq; titulo haberunt, tenuerunt, possiderunt, & feudi nomine appellasset: Cum nec hæc stipendia Jure Feudi forent, nisi investitura intercesserit. *arg. d. 2. F. 5. §. si verò domesticus &c.* Hoc qui-

3. dem constat German. *eine Verlohnung / Löhnung* / dici stipendia, sed ea vox Feudi naturam moribus Germanorum & in specie Longobard. introductam, de quo ad proœmiū, non absolvit. Comitibus Germanorum veterum de quibus Tacitus, principum suorum epulæ, & largi apparatus pro stipendio erāt, ac illorum sacramentum, fides periculorum societas, honoris ac defensionis officia, Feudi Longobardorum indolem redolent, sed formale feudi nō habuerunt, cum omnino nexus genuinus feudalis defecerit, de quo alibi fufus.

4. Aliud est si Feudum sit causa custodia castri, ibi enim custodia talis loco servitiorum vel obsequii est pro beneficio. *Exempla à Sande ad consp. Feud.*

Geldr. 11. 2. c. 2. n. 14. de Vafalis Castrensibus Geldrix ac Breverodix memoria prodidit; Ibidemq; jungit nonnullos in publicis necessitatibus arcem vel castrum suum exhibere teneri, veluti Eulemburgum & Wickeradē; Quod ultimum tamen etiam feudum aperturæ vocari solet, ubi servitii, loco arx aperitur, de quo suo loco. Sed qualem culpam præstabit qui custodiam castri gerit? Feudi Jure casus hic non reperitur determinatus, *arg. igitur 2. Feud. 1. §. Strenuus &c.* ad Jus commune Romanum recurrendum; videtur levem tantum, *arg. l. 5. §. 2. ff. commodati*, & quidem quā stipendio pro ea fruitur: Verum, si culpa aliqua circa custodiam committeretur levissimam quoque præstabit. Propter rationem *l. 25. §. 7. ff. locat.* Custodia enim talis omnino exactissimam diligentiam requirit, tam ratione rei, quam quod diligentiores eò excludat, *Caballinus in tract. de eo quod interest n. 182. Franzkii ad tit. locati num. 204.* quod

- quod non potuit ignorasse, qui custodiæ ejusmodi capacem se venditat, eandemque
6. recipit. Adeò ut negligens etiam de damno ab aliis dato, hoc intuitu teneatur, *Natta tom. 1. consil. 79. n. 4.* Imò si sine aliqua urgente necessitate peregrè abiisset, vel sine superioris veniâ, ejus etiam culpam præstare deberet, cui interea custodiam commisit, *arg. l. 25. §. 7. ff. locati* verbis: *eorumq; quorum opera uteretur.* Si verò nullius talis culpæ reus fieri possit custodiam habens, de casu non tenebitur, nisi qua culpa eüdem præcesserit. *Jacob. Mandell. de Alba conf. 770. n. 36. & seqq.* Unde etiam, si ob culpam à præfecto circa castri custodiâ commissam, omnes, qui ejus simul curæ habuerunt, milites dimitterentur, non improbabiler quoq; actionem contra præfectum, dimissionis causam, actionem habere statuentur, *arg. d. l. 25. §. 4. ff. locati.* & earum rationum quæ pro adfessoribus ob culpam præsidis dimissis adducit, *Cagnol.*

in l. diem functo ff. de Adfessor. num. 65.

Transactio anno potest jure 1. aufferri.] Quoniam tum natura & proprietates talis officii non aliter ferebat, consueverant enim eo ævo Domini terrarum ultra annum nemini talem custodiam concedere, ne jus iis intervertere auderet, *1. F. 10. verb. malignando.* Sicut Jure Romano quoque constitutum exemplo Proconsulum in provincia ut anno officium expiraret; vel proximorum *Sacr. Serin. l. 6. C. de proxim. Sacror. Scrin.* Sublata itaq; principali sc. officio, tollebatur accessorium qua tale, *l. 173. ff. de Reg. jur. arg. l. 26. in fin. pr. C. de usur.* Nisi Dominus expressè ut annum concessisset feudum, quo non inconcinne perpetuum præsumeretur, *arg. l. 16. §. 1. ff. de V. Obl.* Vel ex aliis circumstantiis ultra annum duraturum colligi possit, v. g. Si Dominus ad beneplacitum concessisset, quo modo vel usq; ad revocationem, vel ad mortem Domini duraret. *C. si gratiosè s.*

de rescript. in 6. Rosentb. c. 2. conclus. 71. n. 2. Vel 3. ipsum officium esset perpetuū cuius nomine feudum datum, quoniam ambo paræ conditionis forent. *c. 3. in fin. X. de Constit.*

3. Sed numne in talibus concessionibus clausula pro lubitu voluntatis, laxior est illa, ad beneplacitum, ita ut posteriori casu revocaturus Dominus causam allegare teneatur? ita videtur sensisse *Job. Dominico Fantini in Decis. Sacr. Roman. Rota decis. 35. num. 53. ex Gabr. consil. 143. n. 10. lib. 1.* Verum, etiam nec posita posteriori clausula, revocationis rationem desiderare poterit Vasallus, quoniam utraq; precariæ concessionis vices habet, quæ pro lubitu concedentis revocatur *l. 1. pr. ff. de precario. Ludovic. Casanat. consil. 34. num. 54. §. 1.* Præsertim si commodum aliquod spatium à concessione facta intercedat. *Molina r. de contract. disp. 298. n. 3.* Idem clausulæ dictæ operatur si emphyteusi adjiciantur; quamvis enim natura sua perpetua sit, quoniam tamen ex voluntate

concedentis proficiscitur, ex adjectione tali legem recipere potest. *Fantini d. decis. 35. num. 22.*

Etiam non refuso pretio.] l.

Verba hæc apud interpretes ratione pretii duplicem sensum patiuntur; communiter pro eo, quasi quis pretio comparasset tale feudum, pretium, quod rei tali adæquatatum fuit, repetere non valeat, *arg. l. 1. ff. de condict. indeb. Ludwell. d. tr. de divis. F. c. ult. pag. m. 119.* Deinde pro Relevio aliquo vel pro certo taxato ad qualitatem officiorum quod pro introitu Dominis vel prioribus Collegii solutum fuit, *arg. l. penult. §. 2. & 3. verb. introitus ff. de Legatis 3.* vel etiam pro solatio aut suffragio quod prioribus Scholæ istius datum, *arg. l. 11. C. de Prox. S. Scrin. & sic expirante officio nulla ratione reposci possit. Petrus Ravennates in summario hujus tit. Præpositus in usus FF. h. t. n. 50.* Verum quoniam posterior interpretatio è Romanis moribus accersita, neq; satis constat an Longobardi pro introitu si-

mile

mile quid solverint, contextus quoq; magis priorem ferat, qua quis ipsum officium vel quoq; feudum pro certo pretio comparasset; Priori quoque isti accedere malo.

3. *Quamvis non inficias eam præ cæteris hoc intuitu quid obscuri habere ejusmodi feuda, & fortè ex prædiis Ecclesiasticis oriunda, ubi Prælati pro administratione talia primo concessisse videntur; Deinde extensa ad alia.*

1. *Nisi ad certum tempus datum fuerit.]* Breviori sc. vel ampliori, anno, cum etiam hic pacta legem darent. Plures limitationes jam ad verba *transacto anno* videbis.

2. *Moribus nostris licet plerumque officia custodiarum & administrationum pro certo salario, nullo nexu feudali nixo, conferantur. Non tamen penitus feuda ejusmodi, cum officio etiam exacto anno expirantia, uti non nemo putat, usu esse desierunt: Et sic quoque jura ea occasione exacto orientia vident. v.g. quando in certis collegiis quisque*

collegiarum anno vel semestri spatio, præsidii jure, & pro opera certo proventu feudali fruitur, ac singulis annis vel semestri spatio super hoc proventu investituram recipit quæ finito officio expirat; vel quando Præfectura Ambactiæ vel arcis alicujus defungitur, ac quotannis feudi jure pro opera certum proventum à Domino aliquo habet, licet quandoq; longiori temporis spatio anni, vel duratis ad vitâ, commodè ex hac causa, ratione casus emergentis, jus statueretur, *argum. l. 1. §. 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar. & ex hisce ad similia concluderetur.* Sed 3. quid si initio anni vel temporis quo proventum Salarii loco promereri deberet moreretur, num heredes integri anni fructus salarii loco exigere valent? Ego nullus dubitarem quin possint, exemplo Patronorum causæ vel Advocatorum *arg. l. 19. §. 9. ff. locari.* Et quamvis in *l. 38. §. 1. ff. eod.* saltem subjiaciatur quod non reddant acceptum, & sic fortè videri possit, cum alia ratio exactio-

actionis alia verò exceptionis esse solet, etiam hic actionem deficere. Quoniam tamen non solum in *d. l. 19. §. 9.* sed etiam in *d. l. 38. princ. ff. locati.* ratio decidendi hæc generaliter ponitur, quod, per quem non stetit quo minus adimpleat contractum, & eo anno nihil ab alio accepit, actio competat, ratio urgens quoq; non videtur cur hic deneganda, consentit *Rosenthal. de F. c. 2. conclus. 69. n. 2. Schrad. de F. p. 2. c. 4. n. 36.* Aliud verò

4. si salarium saltem in alimenta datum fuisset, tunc non nisi qua ipse insumpsit vel insumere valuit, ad Vasalli heredes pertinere posset, quia cessante causa feudi cessat effectus, *Tiraqvell. in tract. cessante causa num. 1261.* Ex quo non pauci Dd. notant, si quis duplici officio defungatur, ubi pro quolibet eorum singulis annis in alimenta tantum certum salarium esset promissum, non nisi ratione unius exigere valere, si exinde commodè se sustentare valeret. *arg. l. 16. §. 2. l. 20. pr. ff. de*

aliment. legat. Cynus in l. cum questio c. de Legat. Job. Anton. de Sanct. Georg. Propos. b. t. d. n. 50. Verum quoniam dicta argumenta de Legatis alimentis ex mera liberalitate Testatoris sunt, hæc salaria verò pro opera, non immeritò fortè quis tentabit contrarium. Cur enim qui duplicem operam præstat, non duplici remuneratione perfrueretur? salario vel remunerationis pretio pro opera constituto, ac nulla prohibitionis ratione apparente; licet ad alimentum usq; se extendat salarium, nam uti modo dictum hæc alimenta pro opera sunt.

5. Cum de Gastaldia sive Administratione hæctenus actū, sub manibus controversia nascitur: an Administrator, salarium in calculo deducere & sibi retinere possit invito Domino? Affirmativam sectari nullus vereor. quoniam Dominus salariū promissit, adeoq; inter expensas necessarias ejusmodi merito referetur, & sic idem qui justas expensas cum acceptis compensare

fare Administratori indulget, etiam hoc voluisse præsumitur initio, nec in præjudicium administratoris mutare potest pactum. *Munoz. ab Escobar c. 27. de Ratiocin. Admin. Princip. Covarruvias lib. 1. Resol. c. 15. n. 4. 2. Nemo suis stipendiis militare cogitur. arg. c. cum sit Romana X. de Simonia. Can. jam nunc §. fin. 28. qvæst. 1. ac merces laborum comes esse solet, Gail. lib. 1. obs. 151. n. 10. sicq; Dominus qui Administra- torem voluit, eundem quoq; salario frui voluisse non potest non censeret, & dam pecunias credidit, jus retinendi quoq; si id aliunde consequi nequit, concessit, ex Ang. & Petro Molognetto de Retent. qv. 45. Dn. Tabor Racemat. Criminalibus adjuncto Responso inter Rationes decidendi p. m. 617. Mart. Naurat b. tract. de Rationariis p. 53. Extra talem casum nemini Administratori vel Castaldo autor esse, alias res, quæ non incidunt in ra-*

tiones, ipsius prætextu salarii quod aliàs consequi non possit, clam auferre Domino & retinere; Uti tamen indulgent *Jacob. de Belviso in Pract. crimin. lib. 1. c. 10. n. 19. Bajard. in addit ad Clar. §. furtum. n. 88. Johan. à Sande in Commentar. ad l. 176. de Reg. Jur. pag. 127. Qui tamen magis pro ea sententia autores allegat, quæ decedit; Nam licet non putaverim factum in furtum incidere, dum ultra salarii debitum non exigentes, neq; fraudulenter neq; lucri faciendi gratia, formali furti vitio, non contrectant, non tamen legis animadversionem effugiunt, quæ ideo judicii vigorem esse voluit, ne quis privatam ultionem sibi promittere possit. l. 14. verbis: *judiciorum vigor C. de judais. Dissentientibus cap. un. in fin. 2. F. 22. patrocini- no non est, longè alium sensum, quam hîc facere possit, ferens, de quo in materiæ ejus sede fusi.**

T E X T U S.

§. I. **S**I verò Guastaldi aliquid nomine proprii feudi possederint, non valebunt propterea possessionem sibi defendere nisi per pares curiis,

vel breve testatum potuerint probare, se antequam Guastaldi essent, vel postquam desierunt esse, investituram accepisse.

1. **P**ER compendium paragraphi sensus hic est: Gastaldus prætendens possessionem feudi proprii, manuteneri nequit, nisi probet vel ante vel post Gastaldiam investituram se accepisse. Hottomannus in commentario dicit hoc §. probationum feudisticarum primam mentionem fieri, quarum maxima pars non modo à jure civili sed etiam à naturali æquitate
2. abhorreret. Si res penitus introspeciat nec civilis nec naturalis rationis expers est: Modus enim probandi per patres vel per breve testatum, h. e. hodie literas investituræ
3. nihil paradoxî habet. Quod de juramento quidam suspicantur, ac si de jure Feudali, licet actor nihil probaverit, reus absolvendus non sit, sed idem insuper licet possideat, juramentum in supplementum præstare debeat, ex quibus *Brehold. de F. c. 7. num. 47. Sonsbeck. p. 15. num. 27. & quos allegat Dn. Struv. c. 16. a. 16.*
- n. 1. expressè contra 2. F. 33. §. *Sacrament. & §. ult.* est; ubi regula eadem non solum inculcatur, sed etiam secundum eam deciditur: Nec juramentum reo imponitur nisi præsumptiones simul pro actore sint, vel alia ratio ungens suadeat. Decidendi verò ratio hoc loco est, quod Gastaldus licet possideat, titulum tamen edere teneatur, etsi alias possessor securus sit. *l. fin. C. de R. vindicat. l. 1. §. 1. ff. uti possidet.* quod præsumptionem juris contra se habeat; non tantummodo quod jura Feudalia malè de tali Gastaldo præsumant, qui in officio persistens contra Dominum urget Feudum proprium, & pro officio f. Castaldia saltem beneficio mactatus. *1. F. 16. fere circa fin.* Sed quod etiam alius possessor, præsumptione juris contra se habens non possit in possessione defendi, nisi probet titulum *arg. l. 16. C. de probat. arg. c. 29. de Decim. Hartmannus Pistoris p. 2. lib. 2.*

- lib. 2. qv. 46. n. 6. Dng. Mevius p. 3. dec. 205. n. 2. & p. 4. decis. 357. n. 3.* Ut taceam quod contra Dominum se fundat in titulo, ac idèd quoniam omnis reus in exceptione se fundans actoris jura induit *l. 19. ff. de probat.* etiam hic eadem evitare nequit. Utraq; ratio satis stringit. Ex priori fluere videtur Dominum cum subditis in possessorio super juribus, quæ non nisi à Domino habere potest, non esse committendum, nisi titulum probaverit possidens, *Menov. Remed. 3. Retinenda poss. n. 590. & seqq. Dn. Mev. dict. p. 4. dec. 357. num. 6.* unde controversum memini.
8. An si Vasallus rem in feudum accepisset cum omnibus juribus & in specie jure venandi, ac ipse longo temporis spatio venatione ferarum majorum sit usus, Dominus specialiter istius venationis titulum à possessore exigere valeret, & si de eo docere non possit possessione exuere? Meo judicio videndum, an ex consuetudine istius curiæ feudalis venatio majorum ferarum, *des ho-*

sen Wildes / sub jure venandi simpl. concess. veniat, an in aliis literis investiturarum, quibus tale jus concessum, nominatim exprimi consueverit, unde ejusmodi hodie omnino æstimanda, *Dn. Carpozov. p. 3. constit. 32. def. 17. n. ult.* Si prius, & probabiliter possessionis suæ titulum probasset, secundum ea quæ adducit *Menov. d. Rem. 3. n. 594. & 595.* eâ exui nequit; ubi tamèn observari meretur, non quamvis hic liberare diuturnam possessionem ab hac probatione, sed eam demum quæ justam horum jurium præsumptionem infert, quoniam illa solū loco tituli esse potest per vulgata. Ubi verò ex consuetudine istius curiæ venatio majorum ferarum, *die hohe Jagten* / specialiter exprimitur in aliis investiturarum literis, Dominus non immeritò titulum quoque specialem exigit, ob jura in præcedentibus adducta; & quamvis non statim ab inhibitionibus incipere valeat, cum sine cognitione causæ nulla possessio aufferenda.

renda. *l. 14. C. de pactis. c. 4. § 5. de Restit. spoliat.* Imò nec à
 9. principe sequestranda *arg. l. 6. C. unde vi.* iusto tamen termino ad probandum elapso omnino exui posse puto, cum hic nulla possessio iusta sit, nisi constet vel doceatur de titulo per supra dicta. Etiam si aliàs reo in exceptione se fundanti & plenè non probanti, iudex potius alium ad huc terminum indulgeat quam præcisè absolvat actorem. *Dn. Mevius p. 4. dec. 316.*; Nam licet excipiendo in certo tertio cū actore comparetur, non tamè quoad omnia, cum instructior soleat comparere actor quam reus, & ita Reus actore non probante absolvendus. *l. 4. C. de edendo.* Præsertim quoniam etiam secundum quosdam *Dd.* in dubio per jus venandi simpliciter concessum, saltem minorum non majorum ferarū intelligatur. *Finckeltbaus observ. 41. per tot. Dn. Carpzov. d. p. 3. const. 32. def. 17. num. 14.* Nec aliud putaverim, si aliquis expressè quidè de venat. ferarum minorū investitus sit, du-

bitetur tamen de certo genere ferarum v.g. capreolarum, num eæ ad minores feras pertineant, quasi quod longo tempore jus talium ferarum, exercuerit, in possessione defendendus sit. Nam licet in possessione venandi reperiat, dum tamen generalis hic titulus istas feras non complectitur, sine titulo verò talis possessio nō prodest, nec huic simplicis possessionis commodum contra Dominum emolumento est, nisi ex curiæ feudalis vel loci consuetudine capreolas nomine minorū ferarum venire constet, vel probatum dari possit. Sicuti Franconiæ usu teste *Weizzen-Egger. de venat. cap. 4. §. 26.* & Bavariæ moribus *Constit. Bavariæ die Gelehdts-Ordnung / c. 2. §. was aber &c. unter roth und schwarzen Wildpret sollen die Hehe nicht verstanden werden /* iis accensentur. Vel tot annos possederit quot legitimam hujus regalis præscriptionem absolvunt. Quod ex iisdem rationibus in Facultate *D. J. G. p. B. Anno 1667.*
 respon-

11. responsum memini. Probato vero titulo & sic fundata possessione, Dominus simultanea venatione non gaudet, nisi probaverit reservatum; feudi enim jure concessa ad instar ususfructus se habent, *arg. 2. F. 23.* Sicuti autem propriarius non potest in utendo ususfructuarium impedire, ita multo minus Dominus Vasallum, qui pingvius jus habet ususfructuario. Ut inde in genere feudi jure concessa Regalia in dubio private concessa censeantur à Dd. *Dng. Carpzov. J. F. part. 1. const. 27.*
12. *def. 11. per tot.* Assertioni non obstat *arg. l. 1. C. de Off. pref. Urbis l. 9. §. ult. ff. de Administ. tutor.* quasi in indubio beneficia præsumantur cumulativè concessa, nam hic non de privilegiaria concessione, de qua argumenta apposita loquuntur, sed conventionali i. e. feudali agitur, quæ ex lege contractus æstimanda. *arg. l. 31. §. 20. ff. de Edil. Edict. Schröder. p. 3. de Feud. c. 4. num. 46. & seqq.* Multo minus *arg. ex 2. F. 6. verbis: honestum: ne sit*

ei damno. Nulla quippe honestas exigit ut Vasallus partem juris indulgeat Domino invitus, contra naturam contractus vel conventionis. Aliud foret si precario, vel aliquando animi vel hospitalitatis gratia desideraret, quod nemo vel vicino multo magis Domino denegaret. Tacebo nec textum istum præcisè de damno pecuniario loqui. *Quibus jungi potest Weizzenegger. d. l. c. 5. §. 22.*

Non valebunt propterea possessionem.] Scil. Juris Feudistici, nam à possessione rei feudalis ad possessionem Juris Feudistici non valet consequentia. Non magis quippe possessio talis cum hoc jure commune habet, quam cum Dominio s. directo s. utili *arg. l. 12. §. 1. ff. de A. poss.* Nexum ¹² Feudalem sola investitura efficit. *1. F. 25. pr.* nec natura sua possessio cum ipsa transit, nisi quandoq; ex accidenti. *Dng. Eybenius d. l. c. 5. §. 15.* Possessionem verò, Rei translatio s. realis sive symbolica. De quo alibi pluribus.

1. *Defendere.*] i. e. juramento, sicuti alii qui rem feudalem nomine feudi detinent, nam de Jure Feudali, etiam Possessor possessionis commodo fruitur, & petitoris onus in adversarium defertur, *l. 24. ff. de R. Vind. arg. l. 1. §. 3. uti possidetis*, & si Dominus quidem non probaverit, præsumptione tamen juris pro se habeat, tum demum juramento in supplementum firmat jus suum possessor *1. F. 23. 1. F. 26. pr.* nili præsumptio juris contra eum militet uti hoc loco *2. F. 33. pr.* verbis: *Sacramentum non semper est dandum possidenti &c.* Quod autem hic specialiter talis defensio non indulgeatur possidenti ratio habetur in *1. F. 10.* verbis: *Hoc ita nisi sit Gastaldus &c. Nam aliquando malignando &c.*
2. Non adversatur *1. F. 4. §. 3.* verbis: *Domino in probatione deficiente tunc illius erit defensio qui possidet.* Uti putat *Hottomannus in Commentar.* ad hæc verba. Defensionis etenim vocabulum quidem plerumque pro juramento usu horum librorum feudalium supponitur, sed non semper, præsertim quoniam alibi defensionis modus alicui Gastaldo vel actori possidenti præscribitur, uti hoc nostro paragrapho & *d. 1. F. 10.* verbis: *Nisi habeat pares idoneos.* Vel etiam in modo *d. 1. Feud. 10.* de tali casu agitur ubi non constat quod possessor hujus Domini actor vel Gastaldus fuerit, si igitur Dno. id non probaverit vel non constet, non mirum, quod tali casu jus commune feudorum de juramento in supplementum locum inveniat. Et eadem ratio specialitatis ex *d. 1. F. 10.* efficit quod licet aliàs, si pateat aliquam rem feudali nexu detineri, potius pro proprio quam improprio feudo præsumatur, *arg. 2. F. 2. §. fin. Dn. Struv. c. 16. a. 13.* h. loco si Dominus probaverit vel aliàs constet aliquem fuisse Gastaldum pro proprietate etiam præsumptio cesset.
- Nisi vel per pares curtis vel breve testatum.*] Ex quibus verbis & *1. F. 4. §. 3.* apparet, nec communi jure Feudorum investiti-

vestituræ testificationem solū per pares curiæ fieri debere, uti alii tamen evincere voluerunt, *ex 2. F. 32. verbis: non valet etiamsi probari possit per breve testatum.* Nam uti contextus innuit non quodvis testatum rejicitur, sed id saltem quod à paribus curiæ, vel quando Dominus investiens curiæ pares non habeat, ab aliis testibus idoneis *1. F. 10. pr.* qui investituræ interfuisse perhibentur, nō est subscriptum. *2. F. 2. pr. verb: per instrumentum à duobus vel tribus paribus confirmatum. &*

2. §. 1. Cur verò antiquitus regulariter curiæ pares in testimonium investituræ novi feudi adhibendi fuerint, in *2. F. 58. §. item sciendum. verb: idcirco pares & c.* ratio redditur, quoniam scilicet in hos minor quam in extraneos fallendi suspicio cadit. *3.* Quamvis moribus plerorumque curiarum feudaliū, ad investituræ probationem non amplius præcisè parium vel aliorum testium præsentia, vel subscriptio desideretur, ex *Hartm. Pist. Ludwel. in Synops. F.*

turarum literæ sola Domini vel ejus nomine Cancellariæ præfectorum incorrupta subscriptione & sigillo munitæ. *Christin. vol. 6. Dec. Curia Belg. 86. & seq. Schneidew. p. 4. epist. feud. n. 29. Dn. Struv. in Synt. F. c. ult. a. 14.* Solent quidē communiter vasalli ad recipiendā investituram, ut cum duobus vel tribus, quos voluit, paribus, stato die compareat, citari, nō tamen id eam necessitatem quam de jure communi feudali infert.

- Pares curtis.*] Qui tales ratione *Convasallorum* & ejusdem Curie dicuntur, etiamsi aliās invicem dignitate impares *2. F. 2. & 31. Conrad. Schlessf. illust. notarum ad Wesenbec. par. och. F. c. 8. n. 46.* Multo minus quasi Domino pares *Zaf. tract. de F. F. c. 6. n. 28.* An verò solum unius territorii Convasalli, an verò in ejusdem Domini pluribus territoriis quoque parium nomen mereantur, sub dubium; Alii, quibus accedit etiam *Dn. Struv. S. F. c. 4. a. 18. n. 7.* asserunt: quoad feuda territo-

tendi, & omnia ejusdem Domini feuda ubicunq; sita eandem curiam ac Dominum, qui curiã tenet, agnoscere, & hinc pares curiã non tantum qui in eodem territorio sedingenerere quicunq; eundem Dominum recognoscerent, nuncupari: verum quoniam hoc omne ex vi vocis curiã seu curtis oriundum, quasi curia non solum locũ habitationis, sed etiam in quẽ referrentur reditus & proventus Domini denotaret; Idem verò vocabulũ hac significatione non semper vel plerumq; apparet, non inconcinna *Boceri de differ. feud. c. 4. n. 43.* sententia potest videri, quod pares eo intuitu illi saltem dicantur, qui ejusdem curiã illius territorii Vasalli sunt. Nam pluries curiã vocabulum pro loco ubi judicia vel investitura recipitur, quam pro loco habitationis vel receptorio reddituum in Jure feudali reperitur, uti *1. F. 18. per judicem curtis, 2. F. 2. princ.* verbis: *diversorum locorum vel curiarum mores sunt.* Ubi curia non potest non locum, ubi

judicia redduntur, denotare. Posset quidem regeri, & ibi curiam omnium territoriorũ judicium denotare; Sed contextus hoc non innuit. Imò sententiam hanc juvat experientia, quã in comperto est mores curiarũ feudalium pro diversitate territoriorum maxime variare; secundum dissentientium autem opinionem si omnium territorum una foret curia, omnibus territoriis unius Domini, iidem mores forent, juxta *d. 2. F. 2.* Quod tamen uti dictum contrarium obtinet. Non nego quidem cum *Vossio lib. 3. c. 7. voce Cartisanus.* Vocabulũ curtis ab antiqua voce latina *Cors* esse, significante locum conclusum ante ædes virorũ principum; Pares curiã quoque sæpius dici pares domus, uti *1. F. 11.* & aliis textibus; sed pace omnium dissentientium, inde vix fluere puto, quod curiã pares, juris feudalis sensu, omnes dicantur, qui ab eodẽ Domino feudum tenent, etsi sint diversorum territoriorum.

LIBRI I. TIT. II.

1. *Vel breve testatum.*] Sola particula *vel* indicat literas ad investituræ probationem non inutiliter adhiberi, minus verò quod sint de actus substantia, uti emphyteusios *l. 1. C. de jure Emphyteut. Petr. Gudelin. de J. Feud. p. 2. c. 5. num. 9. LUDWELL. quidem in Synopsi F. c. 2. p. m. 34.* emphyteusiu etiam sine scriptura fieri posse, *arg. §. 3. Instit. de locat. 108. tit. Instit. de obligat. ex consensu.* voluit. Sed quoniam in *d. l. 1. C. de Jure Emphyteutico.* Imperator de forma hujus contractu agit, & scripturam requirit, argumenta talia contra expressum textum vix valebunt. Præsertim quoniam in Emphyt. Eccles. *Nov. 7. c. 3. §. 2.* verbis: *conscriptionem.* & *Nov. 120. c. 5.* verbis: *contractum fieri inscriptis,* dilucidioribus verbis hoc inculcatur. Breve autem

2. Romanorum exemplo vocari videtur, quibus breve sive breviculum vocabatur scri-

scriptione munitum non valeret, ex Zasio Sneidevvin. *p. 4. de F. n. 28.*

Se antequam Gastaldi essent vel postquam deserunt &c. 1.
Controversia hac occasione nascitur: An Dominus si Gastaldus, Actor vel Administrator, ante munus susceptum pauper, pendente administratione varia immobilia sibi comparasset; eundem de quæsitis suspectum postulare, & nisi probare possit unde acquisivisset, iisdem exuere valeat? Quoniam 1. saniori jure dictante quisque industria suæ patrimonium auxisse præsumitur, per *l. 10. C. arbit. tutel.* verbis: *nec pauperibus industria.* 2. Inquirere in alicujus gesta & bonorum acquisitionem delicti præsumptionem inducit, à qua tamen jura abhorrent, quibus quisque præsumitur bonus donec contrarium probetur *arg. l. 51. ff. pro socio.* 3. Sicuti in *d. l. 10. C. ar-*

ipſus quicquam habuiſſent, durante verò tutela multum lucratus ſit, ita quoque ex eadem ratione contra quemvis Adminiſtratorem illa ratio non ſufficit. *Gutiſrez. de tutel. p. 3. c. ult. n. 2. Job. Balibaſar Reſolut. Bavar. lib. 5. Reſ. 6. n. 9. & ſeqq. P. Friderus Mind. de Mandat. lib. 2. cap. 13. num. 20.* Niſi urgentes præſumptiones aliæ contra officialem Dominum moveant, v. gr. quando ſubito ditescens, neq; ſolers neq; frugi interea apparuiſſet; Vel convinci poſſet non accepta omnia conſignaſſe, vel in expenſas retuliſſe, vel divitias ex variis nõ credibilibus compendiis jactaſſe probetur, metuens inquisitionem, quarum plures collegit *Farinac. lib. 1. conſ. 96. n. 9. ibi ſecunda eſt declaratio. Berojus l. 1. conſil. 191. n. 59. Aymo Cravetta conſil. 129 incipit pro pars. in factò n. 2. verſ. illud tamen.*

4. Cæterum contigiſſe memini Adminiſtrationem aliquam vel hoc nomine Gaſtaldum Domino ſuo rationes poſt 30. vel 40. annos poſcenti, exce-

ptionem 30. vel 40. annorum appoſuiſſe, num teneat illa, dubium videri poſſit ob Dd. circa jura hæc diſenſum. *BARTOLUS ad L. ſequitur §. ſi viam n. 2. ff. de uſucap.* in tantum Domino præſcriptionis vim obſeſſe, ut nec mala fides præſcribenti non interpellato noceret, aſeruit; nixus dubio procul effato *l. 3. & 4. C. de Præſcript. 30. vel 40. ann. & l. 1. §. 1. C. de Annal. Except.* Et omnino communis Dd. ſententiaſ ipsi in eo ſuffragatur, quod ſolo 30. vel 40. annorum lapſu omnes tam reales quam personales actiones extingvantur, nullo munimine vel ſexus vel abſentiæ vel militiæ vel ignorantia contra eam valituro.

Quoniam ta- 5.
men 1. nec Romano civilia jura omnem bonam fidem circa longiſſimi temporis præſcriptionem deletum iſiſſe apparet; id enim quemq; facile largiturum credo, nullum populum bonæ fidei quoad ſuam conſtituendum tenaciorẽ fuiſſe Romanis; & ad præſcriptionis initium omnino re-

LIBRI I. TIT. II.

no requisivisse bonam fidem, *l. 10. l. 27. ff. de usurpat. & usuc. l. 7. §. 4. ff. pro emp. l. un. C. de transf. usucap.* dubio procul ne quis sciens alienā rem in spem longissimi temporis patrocini affectet aut contrectet. *arg. l. 6. C. de Furc.* Quæ ratio quod in præscriptione longissimi temporis, qua inde quid acquiritur, cesset, nulla lex correctoria apparet. Nam textus omnes, quibus possessor 30. vel 40. annorum decursu tutus esse dicitur, de nuda exceptione loquuntur, quæ intra tot annos non petentis actionem eo patrocinio excludit, non verò quasi ex solo temporis lapsu quicquam acquirere valuisset. *Jacobus Mastertius quidem de Jusit. LL. Romanor. lib. 2. dub. 40.* post alios, textus allegatos de b. f. circa initium usucapionis agentes, de LL. brevioris non longissimi temporis præscriptionibus sentire

um suum à b. f. possessione oriunda capere.

2. Jus Canonicum, quod hoc intuitu praxis Germaniæ sequitur, *Mastertius d. l. dub. 40. circa fin. ex aliis ibi numero multis allegatis. Ludwell. Synops. F. c. 8. p. 173.* palam bonam fidem requirit. *c. ult. X. de prescript. Munoz ab Escobar tract. de Ratiocin. Adm. c. 5. n. 26. & seqq.* Administratorem 30. annorum præscriptione se contra Dominum rationes exigentem tueri non posse, ex sola hac ratione autumat.

Sed forte distinctione opor. 7.
An Administrator ratione officii, lege vel conventionem adstrictus, certo tempore rationes offerre teneatur, an simpliciter Administrationem suscepit. Sin prius triginta annorum præscriptione tutus esse nequit: Tum quod v. g. singulis annis quibus rationes offerre debuit nova inchoanda præscriptio, tum quod his

Civili quam Canonico quidē actioni exigendarum rationum præscriptum esse, nullus dubito. *l. 8. ff. de Administrat. rerum ad civit. pertin. l. 1. §. 1. C. de Annal. Except.* Administrator enim simpliciter constitutus rationes offerre non tenetur, sed paratus saltem esse ut reddere possit, *arg. l. fin. §. 1. verbis: paratus ff. quod Legatorum. Mandell. de Alba, consil. 451. n. 9.* Dum itaque Dominus in mora exigendi est, omnino 30. annorum præscriptione s. exceptione excluditur, *l. 3. & 4. C. de 30. & 40. An. præscriptione.* A quo Canones non diversos censeo : Nam vel nullius actionis personalis de Jure Canonico præscriptio tenet, vel si ullius, sane etiam hujus. In eo itaq; Leges Justinianæ & Canones correspondent, ut utroq; Jure 30. annorum exceptione in odium negligentis, præscribens tutus sit, & bona fides ac titulus post tot annorū decursum præsumatur; modus tamen acquirendi inde nullus sit: nisi ab initio adfuerit b. f. Quantum enim ad Jus Civile sententiæ hujus

evidentia apparet, *ex d. l. 8. §. 1. C. de P. 30. vel 40. ann. verbis: Siquidem b. f. ab initio rem tenuerit & c.* ubi non dicitur acquisivisse 30. vel 40. ann. possessor ut à tertio vindicare possit, nisi ab initio habuerit b. fidem. De Jure Canonico minus dubitabitur, quo textus ibi quoad modum acquirendi, apertius loquuntur *in cap. 5. & ult. X. de Præsc.* In eo solum aliqua utriusq; Juris subesse differentia videtur, quod nec in longissimi temporis præscript. de Jur. Justin. superveniens m. f. noceat, *l. un. C. de usuc. trans. form. l. 11. de divers. temp. præsc.* Jure Canon. verò in qualibet parte præscriptionis adimplēdæ *d. c. ult. X. de præscript.* Licet itaq; Dominus ab actione rationum exigendarum ob dicta jura per exceptionem 30. Ann. posses. excludatur, Administrator tamen inde pecunias neutro jure acquirit, quoniam m. fid. possidere incepit, & Domino ad eas repet: subest actio, ob rat: *l. 32. in fin. ff. de Reb. C.* quæ non nata, quousq; Dominus rationes exigere vult, *Mandell. d. consil. 451. n. 11.*

Corollaria.

H Aud melius Jurisprudencia consuleretur, si
Leges in Corpore Juris Justiniani contentæ
in Germanicum Idioma verterentur.

2. Gastaldus vel Administrator, aut Officialis pecu-
niam periculo & fidei suæ creditam in pro-
prios usus convertens, nec rationes red-
dere valens, furti pœnam inde solum non in-
currit.

3. Heredem semper Antecessoris fidei in re heredi-
taria uti, nec tempora à se computare posse,
in longissima temporis præscriptione quoad Jus
Canonicum non obtinet; vel heres nunquam
rem hereditariam præscriptione triginta an-
norum acquirere valet.

4. Feudo Legato etiam aestimatio debetur.


5. Quod Decimæ Clericis debeantur, non ex Jure Di-
vino esse Canones probare videntur.

6. Caldaria seu labra cuprea pro coquenda cerevi-

7. *Heredes Vasalli defuncti, Agnatis, ad quos Feudum Jure simultanea investituræ pervenit, vel Novo successori ad Restitutionem ejus, quod Vasalli dolo, vel culpa factum est deterius, tenentur.*

8. *Machina sulphurea, bombarda, Catapulta & alia genera tormentorum, successorem Feudi non autem Vasalli heredes allodiales sequuntur.*

9. *Vasallus si Clericus fiat, Feudum amittit.*



Ad Nobilissimum & Doctissimum

DN. TIEFFENBACHUM, ex Jure Privato & Feudistico binis ac diversis vicibus non sine laude disputantem:

Non decollavit quam cepit Patria de Te
Spes; hoc vel specimen testis adesse potest.
Ante dies paucos, privato jure valeres
Quid, demonstrabas, nec minus hocce Probas.
Ex his conjunctis si docta scientia surgit,
Non nequit hæc eadem esse paratâ tibi.
Det Deus ut tua nec fallat Spes, & tua virtus
A Patriâ ex meritò Præmia digna ferat.

*Felicis ominis
ergò scr.*


PRÆSES.

Gloria

Gloria calcar habet magnum, laudatq; virtus
Crescit in immensum Mi TIEFFENBACHE, perennes
Te tolluit tituli, præconia digna labore,
Nam vix quinta suis evolvitur hebdomas oris,
Cum culto scripto Sponsorum jura doceres,
Laudibus erectus rursus nunc pulpita scandis,
Omnia Juridicæ penetrasse sacraria Divæ
Te cunctis ut tesferis. Tibi gratulor. Ecce!
Fructus sudoris sapiens, & culmen honoris
Tempore perparvo scandes. Faxit Deus, opto.

Sic Dn. Commensalis, Amici, & Fautoris sui honoratissimi, sedulitatem congratulari voluit, debuit

Dubschlaff à Commis / Eques Pom.



AD

NOBILISSIMUM atq; DOCTISSIMUM.


DOMINUM TIEFFENBACHII M,

Publicè nunc altera vice

RESPONDENTEM.

AD Apollinis arcem esse iter haut lapidibus magis quam
sudoribus notabile: magnarum dignitatum culmina nõ
nisi vigiliis acquiri, & antiquitatis est effatum & nos ex-
perimur. Fallit qui literarum splendorem putat etiam dor-
mientium cæcitati illucescere, quiq; prius in Parnassum reci-

quam dubitaverit agnoscere. Nemo igitur intra ipsas literas
aliam sibi voluptatem promittat, quam exactissimam diligen-
tiæ perennitatem & ad summum inutilem desideribus fructum.
Laboribus, tempore, pene libertate comparanda est illa quam
poscimus felicitas. Non movit te à cursu tuo NOBILISSIME
DN. TIEFFENBACH ineriorum memorata acerbitas, qui infra
eruditionis laudem nihil in vita æstimavisti, nihilq; ineptius
duxisti, quam primam ætatem voluptatibus dedere laboriosis
exercitationibus natam. Cœptum puerilibus annis studium
in hoc tempus protraxisti, ejusq; rei testes non modo, verum
etiam laudatrices & Regio-montanam Borussia & Viadrinam
nostram habes. Vix quatuor ad summum quinque effluerunt
septimanæ, ubi de *Fidejusorum Juribus* egregie disputantem
(specimine proprio Marte confecto) vidimus audivimusqve:
nunc te altero nobis vice celebris Jctorum cathedra sistit.
Scilicet excitati ingenii vigor haut facile quiescit, ac ubi se
primum aperuit floridior ætas & veræ curæ per primos stimu-
los sollicitaverunt mentem cæteroquin generosam, non desistit
donec optatam honoris culmina attigerit, adeo *uti frustra*
labores invidia conspicuas & laude dignas actiones sua maligni-
tate premere, negato egregiis facinoribus honore gloriam in-
tendente. Hæc aliasque tibi debitas nec absolvit laudes hæc
pagina nec si faceret, uberiores modestia tua admittit. Quod
superest NOBILISSIME DNE. TIEFFENBACH indefessa literarum
studia tua T.O. Deus ulterius fortunet animitus foveo. Vale.



f.

HANS von Ruffow/
Eqves Pomeranus.